



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

De Indifferentia. XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

postquam ego in conspectu Dei meipsum humiliavi, omnibusq; mūdānis me pīuā ui subsidijs amore Dei, ipse mei suscepit curā, de me cogitat, meque singulari quadam sollicitudine defendit. Quæ verba eo magis Dei seruus vsurpare potest, quo magis se, non solū Dei amore, omni exteriorū rerū dominio sancta hac resignatione abdicauit, sed & seipsum quoque, ita, ut iam in seipso nullū aliud velit agnoscere dominiū, quā quod à suis superioribus conformiter diuinæ voluntati sibi exequendum cognouerit. Quare merito poterit de singulari hac Dei in se protectione gloriari, & ingenti animi voluptate sæpè prædicta Dauidis verba vsurpare: *Ego autem mendicus sum & pauper, Dominus sollicitus est mei, adiutor meus & protector meus in eo Deus meus.*

CAPVT XIV.

De Indifferentia.

Quamuis homo, facta in superiorum manus sui ipsi resignatione, eo modo, quo supra dictū, nequaquā ad libitū valeat de se suisq; rebus disponere, sed iā obligatus sit ab eorū voluntate dependere: fieri tamen potest, & sæpè, que nostra miseria est, fit, ut prædicta resignatione non obstante, peculiari aliquo affectu detentus, magis se sentiat propendere & trahi.

DE MORTIFICAT. 131

ad vnum quoddam exercitationis genus, gradum, aut locum, quàm ad alium, ita vt ob vim huius inclinationis non possit animus ad contrariam applicare sine aliqua notabili violentia; & consequenter neque sine quadam etiam perturbatione, & inquietudine animi: quò fit, vt sanctum hoc iugū Christi, naturā suā suaue, reddatur graue, penitusque molestum. Visum est ergo & huic quoque infirmitati remedium aliquod adhibere, quo homo suauiter ad talem statum reducatur, vt extra omne periculum inquietudinis constitutus, nec quærat, nec velit, nec ad aliud inclinetur, quàm quod Dominus noster ministerio superiorum ab ipso requirit. Ultra prædicta igitur exercitia Renunciationis, Abnegationis, & Resignationis, addemus & quartum, Indifferentiæ, de qua hoc capite.

Vt autem ab ipsa definitione incipiamus: Indifferentia propriè loquēdo nihil aliud est, quàm animi quædam dispositio, diuturna Mortificationis exercitatione & vsu acquisita, qua homo, postquam sibi finē perfectionis spiritualis stabiliter præfixit, vt ad eum contendat; in præstitutione mediæ, ad hunc suum finem pertinentiū, statuit æqualiter se promptum exhibere ad vtrumlibet, vt vel amplectatur

F. 6. vel

vel relinquat media, quæcunque, quocun-
que tempore aut modo sibi à suis superiori-
bus significata ac præscripta.

Sed vt melius intelligatur id, quod in
ista descriptione continetur, notandum
est; quæadmodum nauta aliquis naviga-
tus, & iam nauim ingressus, perpetuo a-
spirare solet ad portum, quò tendit, &
quodam motus desiderio eò perueniendi,
singulis horis computat itineris spatium,
quod perfecit, quantumque sibi adhuc
superfit emetiendum, reliquas tamen curas
omnes Nauarcho relinquit, ita vt nec
manum remis admoueat, aut amoueat,
neque vela expandat aut contrahat, nec
vllam demùm rem gerendam suscipiat,
nisi ex mente & præscripto Nauarchi: Ita
& Religiosus, postquam nauem Religiosi
status ascendit, potest quidẽ & debet inte-
gra volûtatis suæ determinatione ac inti-
tione aspirare ad finem sui status, qui est
perfectio, neq; illi licitum est esse vllò mo-
do indifferentem: in medijs verò, id est, vt
hoc aut illud agat, ad hunc vel illum gradũ
euehat, in hoc vel illo loco maneat: &
portet illum, esse omnimodò indifferentem
& indeterminatum, adeo, vt æquali prom-
ptitudine & tranquillitate animi acceptet
& exequatur, tempore ac modo præscri-
pto, quidquid ad acquirendum hunc suum
finem

finem sibi fuerit à superioribus suis
iunctum.

Hinc duo possumus colligere docu-
menta, quæ non parùm conducent ad
pleniorum eorum intelligentiam, quæ
de hac materia dicta sunt. Alterum est,
quod sicuti electio nostra in rebus agendis
non est finis, sed mediorum, quæ ad finem
assequendum requiruntur, ut Angelicus
Doctor docet; *Intentio est, inquit, finis,
sed electio mediorum*: Ita Indifferentia ali-
cuius serui Dei non debet esse circa finem
illius perfectionis spiritualis, ad quem ipse
obligatus est aspirare, sed circa media
tantum, quibus, iuxta instituti sui ratio-
nem, uti debet. Alterum est, quod neq; cir-
ca omnis generis media indifferens esse
debet, quæ in hoc negotio possunt occur-
rere, sed necesse est, ut determinatè velit
illa sola, quæ certò & determinatè nouit
voluntati diuinæ esse conformia, ut sunt
omnia illa, quæ sibi à lege diuina, ab
Ecclesia Catholica, atque à statutis suæ
Religionis præscribuntur, & è contrà
determinatè nolit, imò abhorreat ab
omnibus quæ determinatè nouit à volunta-
te diuina esse aliena: ut sunt omnia quæ ab
ipso Deo in lege diuina, à SS. Catholica
Ecclesia, atq; ab ipsis Religionis suæ statu-
tis pari modo sūt prohibita. Ex quo mani-

fesse colligitur, hanc nostrā Indifferentiā
 propriè non habere locū, nisi in rebus du-
 bijs & indifferentibus inter quas in æqui-
 librio standum est. Et sicut bilanciū ius-
 tam esse dicimus & perfectam in suo ge-
 nere, quando ex se non plus pendet ad
 vnam, quàm ad alteram partem, sed est
 disposita & prompta, vt sese inclinet
 subito versus illam partem, cui cuiuscun-
 que rei pondus aliquod, imponitur: ita
 dicendum est de seruo Dei, illum scilicet
 reuera tunc in hac virtute indifferentiæ
 esse perfectum, quando in prædictis re-
 bus non plus propendet ad vnam, quàm
 ad alteram partem, sed quod ad se atti-
 net, remanens in vtrumque paratus, se-
 tantum ad illam inclinat partem, ad quam
 pondere voluntatis superiorum suorum
 sese trahi videt. Atque hoc est quod D.
 Bernardus significare voluit, cum in quo-
 dam sermone ita loquitur: *Rogo vos fratres,*
diligenter attendite, quia nihil mihi occurrit,
quod vilius possit audiri, vbi certa est Dei vo-
lūtas, omnino nostra sequatur, in his videlicet,
de quibus certum aliquid in scripturis inueni-
mus, aut ipse spiritus manifestè clamat in cordi-
bui nostris, quid sentiendum; vt est chari-
tas, humilitas, castitas, obedientia, hec approbe-
mus indubitanter & appetamus, quæ Deo pla-
cere scimus indubitanter. Sed & ea omnimodis
odisse.

D. Bern.
Sermon.
Quomodo
voluntas
triplici
ter subiji-
ci debeat.

DE MORTIFICAT. 125

esse debemus, de quibus certum est, quod o-
 erit ea Deum, vt est Apostasia, &c. In his
 vero rebus, de quibus nihil certum possumus in-
 venire, nihil certum voluntas nostra definiat;
 pendeat inter vtrumq; , aut saltem neutri parti
 nimis adhaereat, cogitans semper, ne forte alte-
 rius pars Deo magis placeat, & paratissimus vo-
 luntate eius sequi, in quamcunque partem eam
 cognouimus inclinari. Atq; in his dubijs, in-
 quit idem S. Bernardus paulò post, bene
 facit Dei seruus, si voluntate suam suspensam
 tenuerit, donec Pralatum interroget, & ab eo
 querat Domini voluntatem, cui vice ipsius obe-
 dit. Vbi manifestè ad viuum describitur
 ab hoc S. Patre, ipsa indifferentia, de qua
 hic agimus, ipsarumque rerum conditio-
 nes, circa quas nos exercere debemus.

Quia verò omnia iam dicta possunt v-
 niuersim ad quatuor capita reduci, nēpè,
 circa loca in quibus Religioso commorā-
 dum est; circa gradum, in quo Deo seruiē-
 dum; circa officia aut ministeria obeūda;
 & circa personas denique, quibuscum in
 Religione plus aut minus est agendum; nō
 erit, credo, inutile, de singulis breuiter ali-
 quid dicere: in specie declarare, quid ex
 sententia & consilio quorundam sancto-
 rum Doctorum de his obseruandū & sen-
 tiendum sit.

CAPVT